

scilicet ab Aduentu usque ad Epiphaniam, & à Septuagesima usque ad Pascha; nisi interueniret aliqua caula rationabilis, vt Victoria aliqua, na-  
tiuitas alicuius Principis, aut ingressus eius, &c. Sic Syluest. verbo chorea, q. 1.

**2.** Alij dicunt in Aduento non esse peccatum mortale, at in Quadragesima esse graue peccatum, & in dubio centendum esse mortale. Sic Corduba summa, q. 42.

**3.** Sit tamen prima conclusio. Hoc iudicandum est, an sit mortale secundum magnitudinem irreuerentia, vel scandali contingens ex tornacemantis; quod arbitrio boni viri secundum circumstantias occurrentes iudicandum est: & non parum refert, an sit in principio Quadragesimæ, vel post Dominicam in passione. Vnde ante Dominicam in passione communiter credo non esse mortale, licet tantum fiat recreationis gratia. Sic tenent docti iuniores, & idem alij videntur tenere qui dicunt, quod si huiusmodi ludi fierent tempore deputato ad Ecclesia ad tristitiam, vt in Hebdomada sancta, esset mortale ob scandalum.

**4.** Secunda conclusio. Qui tamen tunc talibus ludis interessent, non peccarent mortaliter, quia ad priuatos non spectat discernere, an sit causa sufficiens ad eos ludos; & non dicuntur consentire peccato aliorum. Sic docti recentiores contra Cordubam ubi supra.

**5.** Tandem nota, quod Corduba ubi supra, ait, omnes dicere esse mortale ludere publice pila, vel aliis ludis in die Cœna Domini, vel Parasceue: at Syluest. verbo ludus, quest. 2. part. 7. tantum ait, quod ludere tunc pila posset esse mortale propter magnitudinem irreuerentia, quod relinquit arbitrio boni viri. Sed forsitan loquitur Syluest. de ludo pila secreto, vt loquatur consequenter iis, quæ dixerat. Sic prædicti recentiores.

## D V B I V M . X V I I I .

An ratione necessitatis fas sit in diebus festis seruilia exercere.

**1.** It conclusio. Ratione necessitatis excusantur exercentes opera seruilia in festis. Ratio, quia est præceptum humanum, à quo necessitas excusat. Hoc est communis omnium, & magis explicabitur descendendo ad casus particulares. Hinc infertur.

**2.** Primo excusare necessitatem eorum, quæ ad diurnum viatum pertinent, hoc est, ad conditios cibos, igneque parandos, qualis est coquorū opera, quod etiam ratione consuetudinis posset excusari. Sic tenent omnes.

**3.** Secundò eadem ratione fas est in festis facere pastillos, seu artocreates. Sic Sotus lib. 2. de inst. quest. 4. artic. 4. ad 3. & quamvis pistores, Hisp. Pasteleros, obtinuerint bullam à Romano Pontifice, in qua illis pastillos in festis facere concedit, exceptis quibusdam diebus, sine illa possunt id facere. Sic docti iuniores.

**4.** Tertiò pistores, Hisp. los Panaderos, & furnarij non excusantur, quia panis potest pridie festi confici, nisi tantus esset festorum concursus, vt id exigeret, aut si superueniret multitudo egenitum pane. Sic Sotus, Caetanus in summa, verbo festorum violatio, & alij.

**5.** Quartò hinc à fortiori sequitur esse peccatum

mortale, facere in festo saccharo condita, vt Hispani, maçapanes, alcocas, confites, conservas, & illa deaurare, &c. licet gratis fiat. Alcozer summa, cap. 17. & docti recentiores.

Quintò hinc sequitur ex eodem capite necessitatis excusati eos, qui in magnis oppidis in die festo occidunt, & excoriant arietes, & boues, & præparant, vt carnes vendantur, quia, vt supponimus, in talibus oppidis non potuerunt omnia animalia necessaria commodè præparari die præcedenti. Sic Caet. ubi supra, Nauar. in omnibus summis, cap. 1. n. 6. Angel. verbo feria, n. 11. D. Anton. 2. p. tit. 9. cap. 7. §. ultima, Syluest. verbo Dominica, q. 5. Sotus ubi supra. Vnde in paruis oppidis regulariter hoc non est licitum; quia commodè possunt die præcedenti præparari animalia. Sed si non possunt commodè præparari, vt in tempore astu, vel continuorum festorum, id licet. Sic colligitur ex Doctoribus citatis, & tenent docti iuniores:

Sextò ratione necessitatis licitum est in die festo verrerg domum, in qua prandendum est, & quod quotidie consuevit verri, & omne id, quod ratione munditia, & decentia expedit esse mundum in die festo: non tamen licet verrere in die festo id, quod nec ex necessitate, nec ex decentia opus erat, & poterat præueniri ante diem festi; quia verrere de se est opus seruile. Et ita videntur sentire Syluest. verbo, Dominica, quest. 5. Taberna verbo feria, num. 18. Angel. num. 10. Margarita confess. 3. preecepto, ubi excusant verrentem domum à peccato mortali ratione modicitatis; licet Menélez in lib. lux de laetitia, circa tertium Decalogi præceptum, dicat licere verrere domum in festis, sicut cibos condire. Sic prædicti iuniores.

Septimò hac ratione excusantur chirurgi, barbitonlores, scindentes venas in die festo, &c. secundum omnes.

Nota tamen, quod pharmacopœa non excusantur, nisi iuxta necessitatem dici præsentis, quia est ars seruile, quam sola necessitas facit in festo licitam. Sotus ubi supra, & docti iuniores.

Octauò hac ratione excusant laborantes ad vitandum damnum imminens tam in rebus propriis, quam proximorum, vt benè D. Thom. 2. 2. quest. 1. 2. 2. art. 4. ad 3. & omnes. Vnde ex hoc capite fas est in die festo tempore messis flante aere perpurgare grana, Hisp. auentare. Immo vero ubi aeris inclemens timetur ita, vt boni viri arbitrio immineat damnum, possunt area teri, & segetes meti, licet hoc non sit tam facile permittendum. Sotus ubi supra, Toletus, & docti iuniores, qui adidunt cum Soto, quod quando necessitas est dubia, consultius est adire Episcopum, vel saltē curatum, per quem haec liceant, & tunc non est dispensare, sed declarare legem.

Nota, quod etiam cessante necessitate ex consuetudine antiquissima sunt licita aliqua minuta, quæ solent facere agricolæ in vere, dum habent segetes in area, vel illas extendere, scilicet tritaram vertere, tendere, aut separare. Et id est de consuetudine hortulanorum rigantium olera in die festo: maximè quando in his omnibus semper interuenit aliqua necessitas. Sic prædicti iuniores.

Nonò hac ratione excusant aliqui laborantes in die festo ad vitandam otiositatem, vel aliud peccatum. Vnde hac ratione excusant domella,

cellæ, quæ hoc fine post suas deuotiones labrant in festis; non autem si principaliter causa lucri laborant. Sic Syluest. verbo, Dominica, q. 5. conclus. 4. Margarita 3. preecepto fol. 72.

**13.** Sed verius est non excusari propter otiositatem vitandam, quia potest hæc vitari exercendo aliud opus bonum licitum: qui autem id faceret ad repellendum tentationem aliquam grauem occupatione illa; quia forte tunc non occurrit illi aliud medium opportunius, potest excusari. Sic docti iuniores:

**14.** Decimò hac ratione excusantur ferrantes equos agentium iter. Sic Caet. locis citatis, Nauarr. cap. 1. 3. in omnibus summis, num. 6. Syluest. verbo, Dominica, q. 5. Sotus ubi supra, & communiter Magistrorum. Aliorum tamen existentium in populo, & non agentium iter non possunt ferrare equos: vt bene docent multi viri docti de hac re confulti.

**15.** Undecimò hac ratione excusantur, qui sunt adeò indigentes, vt nisi laborent in festis, non possint se, suosque sustentare sine magna incommoditate: debent tamen secretò id facere ob vitandum scandalum. Sic Nauarr. in omnibus summis, cap. 1. 3. num. 11. Caetan. in summa, verbo festorum violatio, Pedraza in summa 3. preecepto. Syluest. verbo Dominica, q. 5. Ludouit. Lopez ubi infra, Cardin. Toletus, & alij.

**16.** Duodecimò hac ratione excusantur servi, & famuli, & subditæ, qui iusto metu compelluntur à dominis laborare in festis, non in festorum contemptum, quando nisi id faciant, imminent eis graue damnum in perfona, vel in rebus. Nauarr. in omnibus summis, cap. 1. 3. num. 7. Caetan. ubi supra. Margarita 3. preecepto, D. Anton. 2. p. tit. 9. cap. 7. §. ultima. Ludouit. Lopez in fruct. cons. lib. 1. cap. 52. Cardin. Tolet. & docti recentiores.

**17.** Idem similiter dicendum est de vxoribus, & filiis, qui sunt sub potestate virorum, & parentum. Sic idem.

**18.** Nota, quod si famuli prædicti sunt obligati famulari usque ad certum tempus, non tenentur propter hoc, quod dominus eos facit laborare in festis, deflerere dominos: at finito tempore debent ab eis discedere. Nauarrus ubi supra, & alij. Qui vero sunt liberi, debent potius dimittere dominos talia præcipientes, nisi inde graue damnum incurvantur enim deflerendo hunc dominum non inuenient alium in tota ciuitate, & sic fame prementur, non tenentur tanto detimento. Sic videtur sentire Nauarr. i. 7. & tenuerunt multi viri docti, & Toletus in summa. Vide quæ in simili dicimus de his famulis in tractatu de auditione Missæ, dub. 17.

**19.** Hinc infertur, quid dicendum sit de famulis barbitonorum, qui communiter laborant in festis: si enim sunt addiscentes, qui obligati sunt ad seruendum per annum, vel annos, & compelluntur à dominis laborare in festis, excusantur iuxta sententiam dictam Nauarri. Si vero sunt officiales liberi, qui non sunt obligati ad seruendum, & possunt inuenire in ciuitate aliquem, qui non compellat laborare, tenentur: si vero nullum inueniant, excusantur, nec tenentur transire ad alium locum, ubi hoc non sit in vsu: quia præceptum hoc non obligat cum tanto detimento. Et idem dicendum est de addiscentibus, & officialibus aliorum officiorum, qui compelluntur in festis laborare. Sic docti iuniores.

Nota quod si Episcopus fulminaret excommunicationem contra laborantes in festis, qui labrant ob necessitatem, non ligantur; quia debet intelligi iuxta ius commune, id est, nisi in casibus iure concessis: & si Episcopus exprimeret etiam in casu necessitatis, sententia esset nulla; quia continet errorem intolerabilem, & expresse contra ius, cap. fin. de feriis. Syluest. verbo, Dominica, q. 7. Nauarr. in omnibus summis, cap. 1. 3. num. 1. 5. Ludouit. Lopez ubi supra, & alij.

Decimo tertio hac ratione excusantur, qui communes artes exercent in festis, quæ artes exigunt continuationem operis absque discretionem diutinum; ita quod si oportet discernere inter diem, & diem, non inuenientur haec artes utiles. Huiusmodi sunt artes nauticæ etiam in fluminibus ex consuetudine. Sic Caet. 2. 2. ubi supra, & in summa ubi supra, & docti recentiores.

**21.** Unde in paruis oppidis regulariter hoc non est licitum, qui furnos conflandi vitri accendunt in festis. Soto ubi supra, Syluest. verbo Dominica, quest. 5. Nauarr. in omnibus summis, cap. 1. 3. num. 6. Caet. 2. 2. & in summa, ubi supra, & docti iuniores, qui addunt hoc licere continuando, non tamen incipiendo: & hoc idem notat Caet. in summa ubi supra. Sed hoc iudicandum videtur iuxta consuetudinem, & iuxta detrimentum, quod sequeretur, si non possent incipere in festis: de qua re ipsimet officiales informabunt. Sic docti iuniores. Et si fornax laeditur, si non nutritur continuè ignis, certum est licere, vt ait Syluest. verbo Dominica, q. 5. Eadem ratione excusantur coquentes saporem, quia si oportet quiescere diebus festis, talis ars est danosa, & impossibilis sapere, ubi in decoctione plusquam sex dies requiruntur, cum septimus sit dies festus. Ita Caet. & idem sentiant Doctores citati.

Nota quod idem dicunt aliqui de coquentibus calcem, lateres, ollas, & huiusmodi. Sic Caet. Nauarr. Angel. verbo feria, num. 19. Pedraza 3. preecepto. Sed Sotus ubi supra, dicit quod in his non videtur tantam necessitatem: & ita veritas est, quod decoctione horum maximè laterum, regularium, & ollarum non requirit continuationem tot dierum, quin regulariter possit fieri diebus profectis: & sic non excusabuntur laborando in die festo, nisi in aliquo casu, propter necessitatem priuatam, vel publicam. Sic videntur tenere Caet. & Nauarr. si attentè legantur, quia tantum eos excusant ubi decoctione exigit plusquam sex dies continuos, & tenent docti recentiores.

Nota, quod quamvis sufficerent sex dies, vel quinque, non essent obligandi, vt expectarent ad coquendum in hebdoma, in qua non occurret festum; quia sic est damnificans ars, & non inuenientur qui illam exerceret, sed dummodo bona fide incipiunt die profecto, quoniam decoctione requirit quatuor, vel quinque dies continuos, excusare illos, licet occurrat aliquis dies festus. Sic docti iuniores.

Nota, quod quamvis sufficerent sex dies, vel quinque, non essent obligandi, vt expectarent ad coquendum in hebdoma, in qua non occurret festum; quia sic est damnificans ars, & non inuenientur qui illam exerceret, sed dummodo bona fide incipiunt die profecto, quoniam decoctione requirit quatuor, vel quinque dies continuos, excusare illos, licet occurrat aliquis dies festus. Sic docti iuniores.

Hinc infertur, quid dicendum sit de famulis barbitonorum, qui communiter laborant in festis: si enim sunt addiscentes, qui obligati sunt ad seruendum per annum, vel annos, & compelluntur à dominis laborare in festis, excusantur iuxta sententiam dictam Nauarri. Si vero sunt officiales liberi, qui non sunt obligati ad seruendum, & possunt inuenire in ciuitate aliquem, qui non compellat laborare, tenentur: si vero nullum inueniant, excusantur, nec tenentur transire ad alium locum, ubi hoc non sit in usu: quia præceptum hoc non obligat cum tanto detimento. Et idem dicendum est de addiscentibus, & officialibus aliorum officiorum, qui compelluntur in festis laborare. Sic docti iuniores.

Decimo quartò excusantur, qui propter reipublica ornamentum laborant in festis, vt propter torneamenta ad faciendas veltes, Hisp. libreas, & ad facienda tabulata: & similiter videtur dicendum, quod in aduentu Regis, vel Reginae, vel Principis, fas est pro ornamento reipublicæ laborare in festis ad perficienda aliqua publica officia, & arcus, quos Triumphales vocant. Sic Sotus ubi supra. Palacios summa, verbo festum, Toletus in

*in sua summa*, & alij: licet nonnulli viri docti tenent oppositam sententiam, nisi in calu repentina necessitat, ut repentinus aduentus Principis; sed primum est verius.

<sup>25</sup> Nota, quod in his omnibus salubritus est semper dispensationem Episcopi quartere, qua obtemperat celestib[us] omnis scrupulus, & Prelati possunt licet dispensare. Sic Sotus, & docti recentiores.

<sup>26</sup> Hinc sit primò licet in festo, quando fit publicus actus inquisitionis, reficere, vel corroborare aliqua tabulata, quando est necesse: immo tanta posset occurrere multitudine plebis inopinata, ut est cauta sufficiens ad facienda noua tabulata, & praeferunt si obtineretur licentia Praelatis, tolleretur omnis scrupulus. Sic praefati recentiores.

<sup>27</sup> Secundò sequitur, quod si recitanda est comœdia in die festo, possunt fieri apparatus, qui commode non poterunt praeveniri. Sic Toletus *in summa*, & alij.

## D V B I V M XIX.

*An sufficiens causa sit exercendis servilia in festis cessatio magni luci occurritus repente, & transitory.*

**D**uxplex est sententia.  
Prima dicit id non licet. Sic Margarita confessio, *præcepto*, fol. 71. Syluest. *verbis*, *Dominica*, quest. 4. *particula* 3. & limitant, nisi ex Episcopi dispensatione, & si non potest haberi, proprii sacerdotis, nisi effet talis utilitas, quod credatur, quod si Episcopus adficit, dispensaret, tunc enim locum haberet ratificatio. Idem abique limitatione hac tenet Abul., cap. 12. *Exodus*, 2. 3.

<sup>2</sup> Secunda sententia, quae probabilior est, dicit hanc esse causam sufficiensem, tunc quia huiusmodi lucrum celsus reputatur graue damnum: tunc etiam, quia cap. *lxx*, de *seris*, dispensatum est in p[ro]ficatione halecum, vt dicam *dub. sequenti*, quia certo tempore apparente, ne perdatur illud lucrum transitorium: ergo cum in hoc casu militet omnino eadem ratio, idem est ius. Sic Caiet. *summa* *verbis*, *feſtorum violatio*, Alcozer *summa*, cap. 17. Palacios *in summa*, *verbis* *feſtum*, Ang. *verbis* *seris*, num. 34. Rosella *ibi*, Armil. *verbis* *feſtum*, n. 20.

## D V B I V M XX.

*An ex Ecclesiæ dispensatione fas sit labore in festis.*

<sup>1</sup> Sit prima conclusio. Cerutissimum est apud omnes id esse licitum ex Ecclesiæ dispensatione, quia hoc est de iure positivo.

<sup>2</sup> Nota Ecclesiæ dispensatio cap. *lxx*, de *seris*, *verbis*, in *Dominica*, & alijs festis, præterquam in maiorum annis solemnitatibus, p[re]catoria halecia, id est, *los arenques*, licet: quod est genus quoddam p[re]cis, quod raro & certis temporibus apparetur solent: & glossa dicitur *cap. lxx*, notat maiores solemnitates dici Natale Domini, Epiphaniam, Pascha, Ascensionem, & festum Pentecostes.

<sup>3</sup> Secundò nota, quod in *dito cap. lxx*, apponitur hec moderatio, licet: quod post factam capturam Ecclesiæ circumpositis, id est, *mas cercanas*, & pauperibus congrua aliquam dent portionem: quod aliqui credunt esse præceptum. Sic

*Angel. verbis*, *seris*, num. 35. idem expresso videtur tenere Caet. 2. 2. quest. 122. art. 4. & *in summa*, *verbis* *feſtorum violatio*, & Nauar. *in omnibus summis*, cap. 1. 3. num. 9. Sed verius est hoc esse tantum consilium. Sic Armil. *verbis* *festum*, num. 20. Tabien. *verbis* *seris*, num. 45. Syluest. *verbis* *Dominica*, quest. 4. part. 1. Ludouic. Lopez *in instrucl. confaciens* lib. 1. cap. 5. 2. & docti iuniores, & infinitus Sotus lib. 2. de *inst. quest. 4. art. 4.* vbi referens dispensationem d. cap. *lxx*, non memini huius eleemosynæ, quasi infinitus non esse sub precepto.

Tertius nota, quod etiam in maioribus solemnitatibus, leuico scandalu, non esset mortale p[re]cato. Sic praedicti iuniores.

Quartus nota, quod dictum est de halecibus, dicendum esse omnino de p[ro]ficatione halecum, & aliorum similium p[re]cium, qui tantum certo anno tempore, eoque breui apparent, & p[re]ficari possunt. Sic Sotus *ubi supra*, Caet. Nauar. Ludouic. Lopez, & alij; cum enim sit eadem ratio, videatur in his etiam in illo *cap. lxx*, dispensatum:

Secunda conclusio: non tantum Papa, sed etiam Episcopus, immo & parochus, vbi sic habet vius, potest dispensare, vt quis laboret in aliquo festo. Sotus *ubi supra*, & aliqui docti iuniores; licet Syluest. *verbis*, *Dominica*, quest. 3. doceat solum Episcopum hoc posse.

## D V B I V M XXI.

*An ex consuetudine excusat[ur] à mortali barbitonibus tendentes barbam in festis, sartores perficiens aliquas vestes in festis, & fatores circumscindentes calces. His p[ro]ficiuntur.*

Sit prima conclusio. Hi non excusat[ur] à peccato mortali ex consuetudine. Ratio, quia talis consuetudo non est tolerata, & recepta, sed semper fuit, & est reprehensa à Praelatis. & Confessariis, & virtus doctis, & sic ipsi[us] existimant, & merito, in hoc peccare mortaliter, & timorati corum id non faciunt. Sic Toletus *in summa*, & docti iuniores, & confirmant non esse talen consuetudinem, siquidem a Praelatis, ne praedita faciant, compelluntur. Et idem dicendum est de texitoribus, qui diebus festis instrumenta texendi preparant in festis, quando in hoc notable tempus consumunt. Sic resolutum est a quibusdam viris doctis de hoc consuetudo. Et de barbitonibus specialiter hoc etiam tenet Ludouic. Lopez *in instrucl. confaciens* lib. 1. cap. 52. Nauar. *in omnibus summis*, cap. 1. 3. num. 9. & docti iuniores, & videot tenere Palacios *in summa*, *verbis* *festum*, & Caet. 2. 2. quest. 122. art. 4. vbi tantum ratione parvitas materie excusat[ur] loco a mortali.

Secunda conclusio: hi possunt excusat[ur] à peccato mortali ratione necessitatis, vt si barbitonibus teneat aliquem causa necessitatis salutis corporalis, qualis est dolor grauis capitis, vel aliquid huiusmodi. Sic Caiet. *ubi supra*, & docti iuniores. Sed est aduentendum aliquos affere, quod non est necesse, nec causa sufficiens ad excusandos, quod id faciunt propter solemnitatem Paschatis, etiam cum suis parochianis. Quod ego intelligo, quando inde non sequitur aliud incommodum, nam si qui nolunt in Paschate, & alijs diebus solemnibus satisfacere suis parochianis,

## Lib. V. Cap. II. Dub. XXII. &amp;c. 143

probabiliter timens, quod eos deferent, & alii adhærebunt, & si patientur detrimentum in sua sustentacione excusabunt. Sic docti iuniores.

<sup>3</sup> Tertia conclusio. Excusabuntur etiam hi à peccato mortali ex paritate materie, vt si laborent per minus spatium duabus horis. Sic tenent viri docti.

<sup>4</sup> Hinc sit non peccare mortaliter tendentes vnam barbam in die festo, quia breui tempore fit. Sic Nauar. Ludouic. Lopez, Toletus, & alij.

<sup>5</sup> Secundò sit a fortiori non peccare mortaliter potenter, & consentientem, vt ibi tondere barba; quia excusatratione parvitas materie, immo existente ad hoc aliqua causa non esset veniam, vt si quis hoc faceret propter nuptias, vel quia Mihi nouam celebratur festa illa die, & die praecedenti fuit occupatus: aut quia venit quis ex itinere, & opus habet tondere. Sic Caetan. Nauar. Toletus, & docti iuniores.

<sup>6</sup> Ultima conclusio. Idem dicendum est in oppositis agricultoribus, in quibus residet barbitonibus, sed cum non exculari nisi in casibus dictis, & statim dicendum: secus quanto ibi non residet, sed affunde venit, & est conlectudo, quod veniat in festis ad tondendas barbas; tunc enim potest praedita confusione tolerari, quia non potest commode fieri illi diebus: & ita vilium est viris doctis de hac re consultus.

<sup>7</sup> Tandem excusabuntur barbitonibus, vel proper infirmitatem eius, qui tondere, vel quia ipsi sunt pauperes, & non possunt aliter sustentari, vel quia defrumenta a parochianis; si in diebus festis non volunt illis suum ministrum praestare, & ita detinentum patenterunt, vt ex diebus colliguntur. Item quando pastores, vel operarij, vel alij similes rustici, qui in diebus profestis solent semper esse in agro, & diebus festis venient ad oppidum, possunt tunc barbitonderi, etiam si multo tempore duret barbitonderi; quia illi non possunt alia die commode venire. Sic colligitur ex diebus.

## D V B I V M XXII.

*An ex cultu diuino, ad quem ordinantur, redantur licita opera corporalia in festis.*

<sup>1</sup> Dico primò, quod opera corporalia, que per se ordinantur ad cultum diuinum, habent multos gradus. Primum gradum obtinet administratio Sacramentorum, praedicare: & hac adeo non prohibentur, vt sint fintis, ad quem festa sunt instituta.

<sup>2</sup> Secundò dico: in secundo gradu sunt opera illa corporalia, in quibus diuinus cultus per le consitit, vt baulare crucem, imagines Sanctorum in processionebus, organis, & alijs instrumentis canere: & hec certissimum est esse licita, etiam si pretio fiant, quia sunt pars diuinii cultus, qui est finis obsecracionis festorum. Sic Toletus *in summa*, Nauar. *in omnibus summis*, cap. 1. num. 4. Ludouic. Lopez *in instrucl. confaciens* lib. 1. cap. 52.

<sup>3</sup> Tertiò dico: alia sunt opera corporalia, in quibus non constituit formaliter cultus diuinus, sed sunt preparatoria ad diuinum cultum: & haec sunt in duplice differentia. Nam quadam sunt simulanea cum ipso diuinio cultu, vt pulsare campanas ad Missam, & Vesperas: & haec certum est esse licita. Alijs vero sunt, que possunt præceden-

ti die fieri, vt ornare templum, mundare illud, confidere hostias pro Missis celebrandis, monumentorum apparatus extreueri; & haec sine iusta causa non possunt fieri in die festo, sed sunt ante preparanda. Ratio, quia haec sunt servilia, & possunt esse præparata ante diem festum: ergo haec causa iusta est illicitum ea facere in die festo. Sic Caet. 2. 2. quest. 122. art. 4. & *in summa*, *verbis*, *feſtorum violatio*, Sotus lib. 2. de *inst. q. 4. art. 4. ad 3.* Nauar. Ludouic. Lopez *ubi supra*.

Quarto dico. Ex caula autem rationabili fas est predicta opera facere in die festo. Sic iidem Doctores. Ester autem causa iusta, si festum continetur in Sabbato sancto; tunc enim cum non decuerit prius ornare templum propter lucum passionis, fas est tunc ornare. Caet. 2. 2. *ubi supra*, & docti iuniores. Similiter si continuatis festis tempora immunda redditia sunt, mundanda sunt, nec immunditia inter solemnitates duret. Sic idem. Et similiter si continuatio festorum exigret, ut reliqua dicta opera fierent, est iusta causa. Sotus, & alij. Et generaliter quoties ex causa iusta non poterunt haec opera praeveniri, possunt fieri in festo. Caetan. *ubi supra*, *in summa*, & quidam doctus iunior. Immo vterque dicit posse etiam licet fieri in festo, licet ex negligencia non fuerint facta prædicta festi, quia iam sunt necesse in die festo. Haec autem negligencia raro, aut nunquam erit peccatum mortale, sed ad iustum veniale, quando quis bona fide putans possit fieri in festis, relinquit ea tunc facienda. Sic docti recentiores.

Tandem sunt alia opera, que non per se ordinantur ad cultum diuinum, sed per accidens possunt ad id ordinari, scilicet ex hoc solum quod sunt ob Dei servitium, vt colere agros pauperculæ Ecclesiæ, vel hospitalis, vel ad eius fructuationem rame lapides, &c. & de his, an sint licita, dicam dubio sequenti.

## D V B I V M XXIII.

*An opera servilia sint licita in festis, propter pietatem, vt propter Ecclesiam, vel monasterium, vel ad pauperes alendos, vel ob pontium, & viarium refactionem.*

<sup>1</sup> Duxplex est sententia.  
Prima docet esse licita in festis ob pietatem. Probatur ex cap. *conquestus*, *de seris*, vbi cum iudicialia prohibentur in festis, excipiunt, nisi causa necessitatis, vel pietatis: ergo cum simili modo prohibeantur servilia, erunt etiam causa pietatis licita. Sic Palacios *in summa*, *verbis* *festum*, Alcozer *in summa*, cap. 17. Margarita 3. *præcepto*, fol. 72. Syluest. *verbis* *Dominica*, q. 5. & q. 4. Angel. *verbis* *seris*, n. 9. 28. 32. Tabien. *verbis* *seris*, n. 18. 37. 41. Perez lib. 1. ordin. tit. 1. l. 5. fol. 41. & 42. glossa dicitur *cap. conquestus*, *verbis* *pietas*, Palacios lib. 2. de *contrat. cap. ultime*.

Limitavit Syluest. & Margarita, modò non sit in Dominis, & festis solemnioribus, nec vltique ad ultimam defatigationem: Palacios vero dicit, modò non sit in Dominica Resurrectionis, & in die Pentecostes.

<sup>2</sup> Secunda sententia dicit id non licere propter solam pietatem, vt ad pauperes alendos, vel edificandam Ecclesiam, vel ad pontium, & viarium refactionem, nisi concurrat necessitas, v.g. si sit magna

magna necessitas pauperis aliquius, vel si Ecclesia, aut plus locus est tam pauper, quod non habet necessaria ad cultum diuinum, vel ad suorum sustentationem. Probatur primum, quia haec opera sunt ex suo genere servilia: ergo non licet lunt extra necessitatem, quia non est praetermittendum opus Religionis, quale est servitorum obseruatio, propter pietatem, quod proximos, in seruilibus operibus, extra articulum necessitatis. Secundum, quia dicitur cap. 10. queſt. 12. art. 4. in summa, verbo, feſtorum violatio, Armil. verbo, festum, num. 20. Sotus lib. 2. de iſt. queſt. 4. art. 4. ad 3. Ludouic. Lopez in iſtruct. conf. lib. 1. cap. 5. Tunc. cap. perenit. de conſer. diſ. 3. num. 7. Abul. cap. 12. Exodus, queſt. 4. Nauar. in omnibus ſummis, cap. 13. queſt. 10. 11. & nonnulli docti iuniores, ac videtur reneſ. D. Anton. 2. p. 9. cap. 7. §. 2. tunc.

4. Nota tamen, quod haec opera quando sunt publica, non debent fieri abique Episcopi dilpenſatione, vel (ut ait Sotus) ab aliis parochi, ubi ſic habet vius. Sic Sotus, Armil. Ludouic. Lopez, Caier. ſumma, ibi ſupra, & hoc viuim et pluribus viris doctis, qui addunt quod si necessitas eſſet magna, & evidens, ita ut scandalum celiaret, non eſſet mortale facere id abſque dilpenſatione. Et ſimiſter quando eſt conſuetudo non reprehēta ab Ecclesiā, quod hoc fieri, hoc valet pro dilpenſatione. Caier. 2. 2. ibi ſupra, & alii.

## D V B I V M XXIV.

An propter opera ſervilia ſint etiam alia prohibita in feſtis.

It conclusio. Alia quatuor opera ſunt prohibita in feſtis, licet non ſint ſervilia. Primum mercatum: ſecundum placitum: tertio iudicium ad mortem, vel peccatum: quartū ne iuramentum praefiter, niſi pro pace, vel alia necessitate. Sic habetur cap. 1. de feriis.

## D V B I V M XXV.

Quid nomine mercati intelligatur.

It prima conclusio. Nomine mercati intelligitur prohibitus ab Ecclesiā contractus empionis, & venditionis in diebus feſtis. Hec conclusio eft omnium, quos citabimus.

2. Sed nunquid erit peccatum mortale emere, & vendere diebus feſtis? Sotus lib. 6. de iſt. queſt. 2. art. 2. conclus. 5. dicit non eſſe mortale, niſi adiſt scandalum, Valent. tener idem 2. 2. diſ. 5. queſt. 20. penit. 5. in 5. modo, quo redditus illicita negotiatio.

3. Sit tamen ſecunda conclusio. Multo probabilitius eft eſſe mortale conlumere notabiliter partem diei feruilem, aut vendendo. Probatur, quia iuxta omnes exercere ſervilia in feſtis eft peccatum mortale: ſed emptio, & venditio eft prohibita in feſtis, ſicut opera ſervilia; ergo, Syluest. Graffis lib. 2. deciſ. cap. 3. 4. 20.

Noſ Angel. Tabien. Nauar. Hispan. hoc militare, quando haec venduntur ad necessitatem; ſecus quando ad gulositatem: ſed verius eft licere etiam ad gulositatem; quia quod vni eft gulositas, alteri eft necessitas. Sic Syluest. Natur. ſumma La-tina dicitur num. 6. & Graffis.

Tertia conclusio, ubi fuerit conſuetudo legiti-ma emendi, & vendendi in diebus feſtis, ea excusat. Ratio, quia hoc eft deſire humano, quod potest vnu derogare. Hec eft omnium. Hinc

infertur primo, ubi eft conſuetudo, ut mundinæ ſiant in diebus feſtis, licet ſint. Ratio, quia iam diu eft cerebrimā de hoc conſuetudo, ſcrita, & tolerata a Prelatis. Sic Caier. ſumma, verbo, feſtorum violatio, & verbo venditio, ſint. Sotus lib. 2. de iſt. queſt. 4. art. 4. ad 3. Syluest. verbo, negationem queſt. 2. & verbo Dominica, queſt. 5. conclus. Angel. verbo, feria, num. 21. Tabien. num. 30. Metina C. de refiſ. queſt. 30. Pedraza in ſumma 3. precepto, Ludouic. Lopez in iſtruct. conf. lib. 1. cap. 5. 2. Palud. 4. diſ. 16. queſt. 2. art. 4. D. Anton. 2. p. tit. 9. cap. 7. 5. el-timo. Armil. verbo ſumma, num. 15. Palacios ibi infra. Toletus in ſumma, & nonnulli recentiores docti.

Nota, quod Syluest. & Angel. limitant, niſi eſſet dies Dominicæ, vel maior. Sed dicendum eft idem de his, ac de aliis feſtis; qui haec prohibitio eft de iure humano, & ſic potuit conſuetudine abrogari. Sic Tabien. Nauar. & Tolet. ibi ſupra, ait Pium V. edidisse motu proprio, quo prohibuit omnes mercatus, id eft, mundinas fieri diebus Dominicæ, & Apoftolorum, & Beatae Virginis: fed ait Toletus, & alii viri docti multis in locis non eſſe re-cepimus, & ſic feruandam eſſe conſuetudinem.

Secundo infertur mercata, id eft, mercados, que ſemel, aut bis in hebdomada in aliquibus locis ſint, licet Caier. ibi ſupra, dicat conſuetudine approbari, ut non ſint in die feſto, ſed transferantur in diei ſequentem, ſi tamen aliquid ei conſuetudo, ut non transferantur in diei ſequentem, ſed ſint in ipso die feſto, licetum eft fieri. Pater eadem ratione, & etiam ex vnu Salmantice, ubi tales mercatus haientur feria quinta, & celebrantur fine ſcripulo quocunque die feſto in illa contingen-ti, ut in Alcidente, feſto Corporis Christi. Sic Syluest. & Tabien. Pedraza ibi ſupra, Palacios lib. 2. de contrari. et. ultimo, Toletus, & alii.

Nota ſimiliter licere deferre illa die ſelti onera, ſeu merces ad locum, ubi ſit mercatus, etiam in bellis oneratis: nam quando mercatus eft licitus, etiam eft licitus deferre, que in illo vendantur, & illa etiam emere. Sic tenent docti iuniores.

Tertiū infertur licere & vendere, & emere diebus feſtis vinum, herbas, fructus, carnes, &c. & reliqua ad minūtum necessaria pro vnu illius diei; tum quia in his exculpat necessitas, tum etiam propter conſuetudinem vilani diu, & toleratam a Prelatis: niſi Episcopus aliquid horum prohibuit, & reprehendat tali hora, vel ante Mil-lan., &c. Si Syluest. verbo Dominicæ, queſt. 5. conclus. 2. Angel. verbo, feria, num. 1. 2. 3. Tabien. num. 21. 22. Nauar. cap. 13. in omnibus ſummis, 7. 6. Caier. ſumma, verbo, feſtorum violatio, & 2. 2. queſt. 1. 2. 3. art. 4. Tolet. in ſumma, Armil. ibi ſupra, Graffis lib. 2. deciſ. cap. 3. 4. 20.

Noſ Angel. Tabien. Nauar. Hispan. hoc li-militare, quando haec venduntur ad necessitatem; ſecus quando ad gulositatem: ſed verius eft licere etiam ad gulositatem; quia quod vni eft gulositas,

alteri eft necessitas.

## Lib. V. Cap. II. Dub. XXVI. 145

alteri eft necessitas. Sic Syluest. Natur. ſumma Latina dicitur num. 6. & Graffis.

Quarto infertur, quod non peccant piniores, & agricultores, & alii huiusmodi, qui diebus feſtis ex iis oppidis deferunt ad alia oppida, vel ciuitatem iumenta onerata panibus, vel fructibus, & alii huiusmodi, que tune licet vendere ad minūtum, quia cadem ratione, que fas eft vendere, eft etiam licitum defere ad vendendum. Sic docti iuniores.

5. Quinto infertur licere etiam ex conſuetudine vendere, & emere diebus feſtis in auctionibus publicis, ubi eft conſuetudo tolerata, & non reprehensa a Prelatis. Nauar. in omnibus ſummis, cap. 1. num. 8. Sotus ibi ſupra. Et habet optimam rationem haec conſuetudo, quia alii diebus emptores non comparent.

6. Sexto infertur non eſſe condemnam eos, qui habent officium metemcoram in diebus feſtis, clauſa principali ianua domus, seu officina, vendant per aliam camen paruanum, ubi eft conſuetudo, quod ita fiat; conſuetudo enim eos exculpat, præter quam quia quod ſic vendunt, eft in plurius ad minūtum, & necessaria illius diei; unde hinc etiam poluptuſ excludi, iuxta dicta. Sic tenent vti docti.

7. Septimō infertur, quod velles veteres vendentes, Hispan. Ropa vejeris, qui in diebus feſtis habent suas officinas apertas, & sunt parati ad vendendum iis, qui venerint, non ſunt dannandi ad mortale, ubi ſucrit talis conſuetudo sita & tolerata a Prelatis; quia haec conſuetudo conſecutuſ eſſe exopeſibus veritatis. Et licet ſint parati ad vendendum iis, qui venerint, at communiter pauci veniunt, & velle modicum occupari non eſſe mortale. Item quia communiter, qui illis diebus veniunt empturi, & vel fuit iter facti, vel agricultores, quibus alii diebus venire non licet, propter suas occupationes. Inmo addo, quod licet Prelatus sub excommunicatione preecepit, ut diebus feſtis non vendent, ſi tamen adhuc illo preecepito non fuit abla-ta conſuetudo, & iam illud preecepit præterit, nec modū puniuntur, nec exigitur ab illis pena, eo quod vendunt; dico, quod hinc tunc quando vigebat mandatum Prelati, pocaueſer mortali-ter non obediens, ut tener Nauar. in omnibus ſummis, cap. 1. num. 8. a poſta non peccabunt; quia eſt abolitum, vel non receptum, & eft iudicandum iuxta dicta. Et idem dicendum eft de ſutoribus vendentibus calceos in die feſto.

8. Nota haec amplius pgoberat, & certior eſſe in Granate regno, ubi eft executoria facta anno 1518. ubi ſic dicitur. Puedan todos los zapateros, y los otros oficiales vender todas las fijas, con tal que donde tienen dos pueras, y una eſte cerrada, y no venderán mientras en Mifia mayor; porque en tiempo de los Reyes Don Fernando y Doña Juana por su mandado ſejuntaron Inter. Ecclesiasticis, y legales, y la mayor parte voto, que ſe podía vender, porque ſe podoſer coſtumbre de Castilla, y Andalucia. Hec ibi, & in Synodo Granatensi sub Domingo Petro Guerero coaſta, anno 1571. lib. 2. tit. 3. de feriis, dicitur sic. Mandamos a los oficiales, que tienen tienda de merceria, y zapateros, fajres, calzaderos, que les tiendas no eſten abiertas las fijas domenios mientas en Mifia mayor. Hec ibi. Unde preter tempus, in que celebratur Mifia mayor, permifum eft illis, & non multantur pena.

Th. Sanchez Consil. moral. Tom. I. I.

E T in primis ſupponendum eft, quod negotia-tio non eft opus feruile, & ſic ex hac parte non eft prohibita, ut bene Caſt. 1. 2. q. 12. art. 4. dub. vlt. Sotus lib. 2. de iſt. queſt. 4. art. 4. Unde ſi ex aliqua parte debet eſſe prohibita, eſſe debet propter cap. 1. de feriis, ubi prohibetur fieri mercatum in feſtis.

Aliqui existimant nomine mercati illo cap. 1. 2. prohibiti ab Ecclesiā vniuersaliter omnes negotia-tiones, ut locationes, conductiones, &c. idem Syluest. verbo Dominicæ, queſt. 5. conclus. 2. Angel. verbo feria, num. 21. Tabien. num. 21. vbi ſolum excufant hi tres anchores conducentes operarios in die feſto, quando alii diebus inuenire nequeint: & quod amplius eft, ſolum excufant exigentes debita

N à suis

à suis debitoribus, si alii diebus quam festis non inuenient eos.

<sup>3</sup> Sit tamen prima conclusio. Nomine mercati solum intelliguntur prohibiti ab Ecclesia contractus emponis, & venditionis; unde reliqui contractus liciti sunt in diebus festis. Probatur, quia nomine mercati solum videtur intelligi emere, & vendere: & licet in rigore intelligeretur qualibet alia negotiorum, & contractus, ex conuentudine communis, & timoratorum, & sapientium, videntur iam alii contractus liciti; communiter enim in Ecclesiis cathedralibus, & vniuersitatis in diebus festis locantur redditus: item nullus timoratus facit scrupulum, quod conducteret domum die festo, licet aliquando totum vesper diei festi in hoc consummatur: & Caietan. *ubi supra*, expresse fatur ex consuetudine licitum esse in die festo locare, & conducere equos, & operatos pro die sequenti. Item, quia omnia extra iudicicia, vbi celsus iudicatus est, posunt fieri in die festo. Sic iudicem auctores proximè citati.

<sup>4</sup> Secunda conclusio. A fortiori est licitum in diebus festis exigere debita à debitoribus, & adire oppida ad exigendos munios, gallinas, & alias res minutas, que sunt debita, idque etiam absque villa necessitate; quia iter agere non est opus seruile, nec etiam exigere debita. Sed si id quod exigendum est, sit tricuum, quod mensurandum est, & ad aliud locum transferendum, id non licet, nisi ex necessitate, scilicet quia alia die rustici inuenient nequeunt absque incommoditate.

#### D V B I V M    X X V I I .

*Quid intelligatur nomine Placiti, & an liecent aliquando lites, & processus indiciales in die festo.*

<sup>1</sup> Sit prima conclusio. Nomine Placiti, quod prohibetur diebus festis, intelliguntur indiciales lites, & omnis processus & iustitiae indiciales, & rique adeò prohibentur diebus festis, vt etiam contentientibus partibus, nec processus indiciales, nec sententia veniat, vt habetur cap. *conquistus*, de feriis, & tenet *ibi* Panorm. & omnes, Syluest. verbo *Dominica*, quest. 3. Caiet. 2.2. q. 1.2. art. 4. & in summa, verbo *seborum violatio*, Armilla. verbo *festum*, num. 1.4. Perez lib. 1. ordin. tit. 1. lib. 5. Angel. verbo *feria*, num. 3. & alii.

<sup>2</sup> Nota, quod peccat mortaliter index exercens actum iuridictionis in festis, nisi meret excequutionis. Nauar. in omnibus summis, cap. 1.3. num. 1.3. & cap. 1.2. n. 5. In modis iuxta Syluestrum, & Panorm. *vbi supra*, & Angel. verbo *feria*, num. 3. index exercens in die festo actum voluntarii iuridictionis, vt emancipate, contractus iniire, peccat mortaliter; sed tenet contractus, & actus ille; quod idem dicit Tabiena verbo *feria*, n. 2. sed non explicat, quod sit mortale.

<sup>3</sup> Secunda conclusio. Visitare Ecclesias, & Clericos more religioso abique iustitiae judiciali est licitum in festis. Sic Caiet. *dillo art. 4. vers. ad pri mon horum*, & docti iuniores.

<sup>4</sup> Tertia conclusio. Actus appellandi est licitus in festis. Sic Caiet. *dillo art. 1.4. Bart. 1.1. C. de feriis*, Armilla. verbo *festum*, num. 3. Tabien. verbo *feria*, n. 2. At prosecutio appellationis non potest fieri in

festo; quia prærequisit iustitiae judicialis. Bart. Tabiena, & Armilla *ibi*.

Quarta conclusio. Non sunt prohibita sententia excommunicationis, quas Prelati faciunt inhibendo, ne aliquid fieri; quia hoc non est procedere, aut iudicare, sed quasi legem edere. Caiet. art. 4. & docti recentiores.

Quinta conclusio. Index potest absoluere, & excommunicare in die festo, vbi causa cognitio non requiritur. *I. alius*, *C. de feriis*. Sic Tabiena, num. 2. Armilla. num. 3. Panorm. per hos citatus. Item, quia omnia extra iudicicia, vbi celsus iudicatus est, posunt fieri in die festo. Sic iudicem auctores proximè citati.

Sexta conclusio. Iudicia, quae de partium consensu sunt per iudicem arbitratorem posunt fieri in festis: non autem ea, quia sunt per iudicem arbitram. Ratio, quia (vt benè nota) Syluest. verbo *arbiter*, quest. 3. & Panorm. arbiter est, qui eleigit ut index, id est, ut procedat seruato ordine iudicis in iubilantibus, *I. 1. & I. qualem*, ff. de arbitris. Arbitrator autem est, vt qui eleigit, ut aliquid existimat, vel dicat de re aliqua, quid sibi videtur, fine ordine iudicario. Sic Ioannes Andre. quem refert, & sequitur Tabien. verbo *feria*, n. 2. & quod iudicia arbitratoris posunt fieri, docet etiam Armilla. verbo *festum*, n. 2.

Septima conclusio. Citatio facta die non ferrigendum est, sit tricuum, quod mensurandum est, & ad aliud locum transferendum, id non licet, nisi ex necessitate, scilicet quia alia die rustici inuenient nequeunt absque incommoditate.

Nona conclusionem intelligi, quando citatur, vt compareat in die festo: iecus si citetur, vt compareat rique ad talern diem festum, tunc enim valeret, quia in secundo casu potest compareare in die non feriata in primo necessarij compareare debet in die festo. Sic Panorm. Syluest. Tabiena. Item debet intelligi, quando citatur, vt responeat in die feriata, nam quando citatur, vt tantum in illa die compareat, tenet citatio. Syluest. & Angel. *ibi*.

Octava conclusio. Citatio facta die feriata pro die non feriata, non valet, nec præceptum de cito, nec actus factus virtute talis citationis, nisi consuetudo habeat oppositum. Panorm. ibi, Armilla. verbo *festum*, num. 1.4. Perez lib. 1. ordin. tit. 1. lib. 5. Angel. verbo *feria*, num. 3. & alii.

Nona conclusio. Quando vero est dubium, an tenet citatio, tenetur citatus compareat. Angel. & Syluest. *ibi*.

Decima conclusio. In duplice casu sunt certe in festis lites, & processus iudiciales. Primo, si necessitas riqueat. Secundo, si pietas suadeat. Ita habetur *dillo cap. conquestus*, & docent omnes citati.

Nota, quod prædicti sunt licita in festo ob pietatem, id est, misericordiam, non autem ob pietatem, vt pietas extenditur ad consanguineos, & ad patrem: certum enim est non licere iudicia in festo exercere ob patrem, vel consanguineos beneuelos. Sic colligitur ex Nauarro in omnibus summis, cap. 1.3. n. 4. & tenet expresse Caiet. *dillo art. 4. & alii*.

Hinc infertur excusari iudices rurales ius dicentes rusticis in festis iuxta aliquorum locorum consuetudinem

#### Lib. V. Cap. II. Dub. XXVIII &c. 147

scuetudinem, pietatis enim causa hoc sit, ne pauperes perdant diuini laborem necessarium eis ad victum. Sic Caietan. 2.1. & in summa vbi *sapra*, Pedraza 3. *præcepta*. Nauar. in omnibus summis, cap. 1.3. num. 1.3. Armilla. verbo *feria*, num. 1.6. Perez *vbi sapra*. Ludouic. Lopez in *infracti. conse. lib. 1. cap. 52*.

<sup>15</sup> Secundo infertur licere in festis exercere iudicia pro miserabilibus personis, vt pro pupillis, vt eis tutores dentur, alimenta determinentur. Perez *vbi sapra*, Tabiena verbo *feria*, num. 2. Caietan. *sapra*, & docti recentiores. Ratio, quia est pietatis.

<sup>16</sup> Tertiò infertur excusari peccato lites, & processus iudiciales in festis ratione necessitatem, vt quia postea non potest haberi testis, aut index, & periclitabitur causa. Perez, Caietan. *vbi sapra*, Nauar. in omnibus summis, cap. 1.3. n. 1.5.

<sup>17</sup> Quarto infertur peccato mortaliter Notarios scribentes, seu transcribentes in festis huc, que pertinent ad iudiciales scrupulos. Sic Toletus in sua summa, Henriquez, & alii: & videtur scire Sotus lib. 2. de *infracti. quest. 4. art. 4. ad 3. in 4. causa*, in fine, vbi est initio necessitate scribis etiam licere aliquos actus edere, vbi videtur damnare, quando fit extra necessitatem.

<sup>18</sup> Ultimum infertur ex pietate hoc esse licitum tabellionis etiam extra necessitatem, sicut licet iudicari, vt ad solendum incarcerationem, vel ad expandendum negotium hominis pauperis foranci. Sic docti iuniores.

#### D V B I V M    X X V I I I .

*An licitum sit in die festo informare iudicem cum Aduocato, & Procuratore.*

<sup>1</sup> Alii dicunt licere Aduocato in festis patrocinium praestare ob pietatem; iecus quando faceret principaliter ob lucrum, quia peccaret mortaliter. Sic Syluest. verbo *Dominica*, quest. 5. concil. 3. Magarita. 3. *præcepto fol.* 72.

<sup>2</sup> Sit tamen conclusio. Hoc est licitum, siue Aduocatus informet iudicem verbo, sive scripto. Et similiter licet Aduocato in festis patrocinari. Ratio, quia hoc non est ex operibus prohibitis, nec est feruile; informatio enim non est actus iudicialis, sed est actus spiritualis ordinatus ad rem spiritualis, scilicet ad illuminationem iudicis. Sic Caiet. 2.2. q. 1.2. art. 4. diceat in Romana Curia fieri semper in Dominicis, & festis diebus, quando sequenti die est proponenda causa in Rota. Nauar. in omnibus summis, cap. 1.3. n. 1.2. Ludouic. Lopez in *infracti. conse. lib. 1. cap. 52*. Toletus in sua summa, Sotus lib. 2. de *infracti. quest. 4. art. 4. ad 3. causa 4. in fine*, & alii.

<sup>3</sup> Hinc infertur hoc licere etiam prelio fratrum; quia pretium non mutat genus operis, nec facit de non seruili seruile. Sic Ludouic. Lopez ibidem, & docti iuniores.

<sup>4</sup> Hinc infertur hoc licere etiam prelio fratrum; quia pretium non mutat genus operis, nec facit de non seruili seruile. Sic Ludouic. Lopez ibidem, & docti iuniores.

#### D V B I V M    X X I X .

*Quomodo sit prohibitum in festis iudicium ad mortem, vel panam.*

<sup>1</sup> Sit conclusio. Hoc est prohibitum, cap. 1. de *festis*; hoc tamen intelligitur, nisi necessitas vti. Sanchez Consil. moral. Tom. II.

geat, vel pietas suadeat, vt habetur cap. *conquestus*, coamit. 1. fine.

Infertur primò licitum esse, quando necessitas virger, vt si reus in fraganti criminis repertus, sit statim puniendus ob necessitatem; quia si difficitur, timerit, ne impediatur iustitia; vel qualitatronum copia hoc exigit: vel quia temporis, faciliter belli conditio, hoc requirit in die festo plectre malefactorum etiam mortis pena. Sic Caietan. *summa. verbo feriarum violatio*. Perez lib. 1. ordin. tit. 1. lib. 1.5. & docti iuniores.

Secundo infertur, quod similiter ingeniunt atroci, extraordinario que criminis, vt si publicus latro, aut malitius laetus caperetur festo, licet etiam subito in supplicium rapere: quod de facto videatur confundere seruare, dum publici latrones, & alij notorij criminis in memoribus capti subiunguntur. Sic Caiet. 1.2. *vbi sapra*, Sotus dub. prædicto. Et predicti iuniores.

#### D V B I V M    X X X .

*Qualiter prohibeatur iuramentum in die festo.*

<sup>1</sup> Sit conclusio. Iuramentum (intelligitur iudiciale) prohibetur, cap. 1. de feriis, nisi pro pietate, vel alia necessitate praestetur, vt pro fide, obedientia, pro fama, vt at Syluest. vel, vt Caietan. in summa, verbo *feriarum violatio*, at hæc necessitas relinquunt recte rationi iudicanda. Sic Caietan. *ibi*, & 2. 2. quest. 1.2. art. 4. Syluest. verbo *Dominica*, quest. 3. & *infractum*, 2. quest. 4. D. Thomas 2. 2. quest. 8.9. art. 1.0. Sotus lib. 8. de *infracti. quest. 1. art. 1.0*. Armilla. verbo *festum*, num. 1.7. & alij viri docti.

<sup>2</sup> Nota dicto cap. 1. non prohiberi quodcumque iuramentum iudiciale in festis, sed solum quod si pro rebus temporalibus, non autem quod sit pro spiritualibus. Sic D. Thom. Sotus *vbi sapra*, & docti iuniores.

<sup>3</sup> Ex quo sequitur licita esse iuramenta solemnia, & publica, que praestantur Inquisitoribus in publico theatro diebus solemnibus, tam ab illis, qui reconciliantur ad fidem, quam a reliquo circumstantibus, quia tale iuramentum sit pro re valde spirituali, scilicet pro custodia, & defensione fidei. Sic predicti iuniores.

<sup>4</sup> Immo religionis gratia licite heretici in solemnni festo solente relaxari brachio seculari, & comburi. Sic Sotus lib. 2. de *infracti. q. 4. art. 4.* & iuniores præfati.

#### D V B I V M    X X I .

*An præceptum hoc sanctificandi festa obligat sub peccato mortali.*

<sup>1</sup> Sit prima conclusio. Obligat sub mortalitate facere in diebus festis opus seruile, vel aliquod ex quatuor prohibitis ab Ecclesia est mortale. Hoc est commune omnium.

<sup>2</sup> Secunda conclusio. Si quis bona fide putans se habere causam sufficienter excusantem, faceret aliquod opus horum in die festo, alias non facturus, non peccat mortaliter, licet alias causa non sit sufficiens. Ratio, quia non agit pele, & ex intentione contra præceptum, nec negligientia est. N. ranta,

tanta, quod reddit actum in naturam sue formaz, id est, quasi ex intentione faceret contra praeceptum, quod contingit quando id facit nil cunctando, an violet festum. Sic tener Gaet. in summa, verbo festorum violatio; & dicit hoc esse commune omnibus praeceptis. Idem generaliter in omnibus praeceptis docet Nauar. cap. 23. Hisp. num. 42. Lat. 43. & in omissione Missa dicemus idem mat. de audit. Missa, & in ieiunio idem diximus hoc lib. 5. cap. 1. de ieiun. dub. 6. idem tenent viri docti, & ex professo dixi lib. 1. sum. c. 17. a. 18. ad 21.

3. Vnde hoc est bonum documentum, ut confessores, & concionatores doccent penitentes timoratos, quod quando bona fide putant se habere causam, licet non sit in rei veritate sufficiens, excusantur: debent tamen illos admonere, ut in rebus sui officij, & in rebus ordinatis consulant viros doctos, ut ab eis intelligent quid licet illis facere. Sic tenent viri docti.

4. Tertia conclusio. Ex paritate materia excusat quiis à mortali, iuxta omnes. Hac autem mo-

dicitur arbitrio boni viri pensanda est, ut sit Sylvest. verbo Dominica, quest. 4. Alcozer in summa, cap. 17. exemplificat, ut si per quadrantein laborauit in die festo. Aliqui vero iuniotes dicunt etiam laborare per duas horas non esse peccatum mortale; quia est duodecima pars diei naturalis, scilicet viginti quatuor horarum. Exitimno tamen minus quam duas horas non esse peccatum mortale. Et hinc excusati possunt à mortali futores circumcidentes calceos in die festo, & multi alii officiales, ut supra. Monendi tamen sunt, ne ex conscientia etronae peccent.

Tandem nota, quod Toletus in sua summa ait, quod officiales habentes confucudinem laborandi in qualibet festo parum, peccant mortaliter. Sed oppositum tenendum est, licet habeant propositum formale laborandi omnibus festis, in quolibet tamen festo parum; non enim peccarent mortaliter, sicut non peccaret mortaliter, qui haberet propositum comedendi viam passam in omnibus diebus ieiunij: de quo latè dixi lib. 1. summa, cap. 4. num. 12.



## LIBER SEXTVS Opuscularum moralium, seu Consiliorum.

### CAPVT I.

#### De iudicibus, & accusatione.

##### SUMMARIUM.

DVB. I. An index secularis possit in aliquo casu iudicare Clericos.

2. An Clericus in sacris constitutus, & laici heres ad iudicium fori secularis vocari possit ratiōne illius hereditatis, quemadmodum potuisse latius eiū successit.

3. An qui erat Clericus tempore commissi delicti, & post eis effectus laicus, ut se fatus est bigamus, &c. possit puniri pro tali delicto à indice seculari, postquam iam factus est laicus? & an usor Clericis coniugat gaudentis privilegio fori, gaudet etiam fori privilegio.

4. An indices Ecclesiastici possint iudicare Laicos.

5. Dato certum esse posse iudicem Ecclesiasticum in dictis casis iudicare Laicos, an possit eos etiam in carcere mittere.

6. An qualibet homo possit se cuiilibet iudici subiungere.

7. Qualiter peccat index extrahens reum ab Ecclesia.

8. Qui delinquentes possint ab Ecclesia, & ceteris locis gaudientibus hac immunitate extrahiri, & qui non.

9. An confidentes, vel mandantes delicta, ob que illa committentes non gaudent immunitate, ut homicidium alioscum, latrocinium, & gaudent immunitate Ecclesie, ita, ut inde extrahiri non possint.

10. An sodomitā gaudeat immunitate Ecclesie.

11. An vi confisiens ad Ecclesiam inde extrahiri possit tanquam ea non gaudens, requiratur integræ & plena probatio qualitatis delicti, ob quam non gaudet, vel fati sempliæ probatio, que sufficit ad torturam.

12. An index promittens criminis impunitatem delinquentes, si ab Ecclesia exeat, tenetur ei seruare fidem.

13. An ubi delinquens immunitate Ecclesie gaudet, laicus indici ipsius intra Ecclesiam compedibus ligare ne quo libuerit fugere possit, vel Ecclesiam obseruare, ne tali delinquenti dimittatur, vicius, & vestitus deferantur.

14. Ego index laicus non possit fugientes ad Ecclesiam inde abducere, an possit ab eis arma legibus vetita etiam intra Ecclesiam auferre.

15. An ratione delicti sua peccator subditus indici illius loci in quo deliquerit.

16. An exempti ratione delicti forsaniam forum, ita subiiciantur illius loca indicibus.

17. An indici laicus indicare contra veritatem.

Th. Sanchez Consil. moral. Tom. II.

quam nouit propter ea que in contrarium proposi-tiuntur.

18. Utrum sicut iudex, ita & minister possit execu-ti sententiam contra veritatem sibi cogitam.

19. An cum iudex certo nouit aliquem innocentem, qui tamē incita allegata & probata nocens est, possit illi occidere ianuas carceris aperire, ut sic ipsius a morte eripiat.

20. An index possit aliquem condamnare, si accusator non sit.

21. An index possit disenserare in pena per legem statutam, illam totaliter remittendo, vel angendo, vel minendo.

22. An iū, qui apud indices intercedunt, ut penale legis remittant delinquenti, peccent.

23. An index possit sententiam latam, qua pena aliqua damnatur reum, possit penam illam minovere.

24. An index inferior possit mutare, vel interpretari sententiam, quam semel tulit.

25. An index possit compellere parces ad concordiam, & compositionem.

26. An homo tenetur ad accusandum.

27. An accusationem debent necessario procedere se-creta manu, id est, accusans teneatur prius corrigere reum, ut si corrigatur, cesseat ad accu-sationem.

28. An sit licitum accusare delictum, quod quis suf-ficienter probare non potest, & an semel accusa-tum licet reum accusare.

29. An patrum, vel iuramentum de non accusando videtur.

30. Quod prohibeantur accusare, & qui non.

### DVBIVM I.

An iudex secularis possit in aliquo casu iudicare clericos.

**R**IMVS casus, in quo procedit dubium, est in causa reconventionis civilis, quando Clericus conuenit laicum coram iudice faculari, perendo aliquid ab ipso, & ipse laicus, ut si defenda, reconvenit Clericum in aedem caula. In hoc cauȝ quædam sunt certa, & quædam sunt sub iudice. Primo est certum, quod si cauȝ, super qua conuenit Clericus laicus, est spiritualis, vel ei connexa, non potest Clericus reconveni coram laico iudice, & ita teneat omnes mox citandi. Secundo, etiam causa sit temporalis & criminalis, & conueniat laicus criminaliter, id est ad corporale supplicium, non potest Clericus reconveni criminaliter coram iudice faculari. Ita omnes Doctores citandi.

N. 3 At